

# Kreis Paderborn

S. 149

1194 Mai 6.

Die Kanoniker des Stiftes Fritzlar bekunden, daß sie gegen eine bestimmte Frucht-  
abgabe dem Kloster Hardehausen einen Zehnten in Svercelvode<sup>3)</sup> und Holthüsen<sup>4)</sup>  
überlassen haben.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Amen. Nos fratres et canonici  
Frideslarienses, ut in facto nostro disputationem et ambigitatem amputemus,  
quod inter nos et abbatem et fratres de Hersendehuson rationabiliter et bona  
deliberatione gestum est, tam futurae posteritati, quam praesentium caritati  
pandere curamus. Quoddam praedium in villula, quae dicitur Svercelvode ad  
iam dictos monachos videlicet de iusto titulo devolutum est; eiusdem villulae

decima totalis ecclesiae nostra ex antiquo pertinebat; sed nobis pro eo, quod  
praedictum praedium sterile fuit et incultum, plurimum inutilis extiterat.  
Cum itaque monachi consueto more suo ibidem in labore desudare et agros  
viriliter excolare intenderent, multimodis precibus nos concanicos Fideslariensis  
convenerunt rogantes, quatinus ipsis decimam in eadem villa et alteram ad-  
iacentem in alia villa, que Holtshusen nuncupatur, concederemus, utque res  
processum haberet, aliquam summam convenientem, ad quam tamen illae duae  
decimae nunquam ascenderant, in perpetuum ipsis exsolvendam statueremus.  
Tandem in hoc utrumque convenimus, quod monachi, sive multum sive parum  
de praetexatis decimis colligeretur, nobis XI modios, scilicet V siliginis, IIII  
avenae, II ordei annuatim et sine aliqua diminutione exsolventur. Ut autem  
haec conventio sive pactio robur et firmamentum sortiretur, praesenti scripto,  
quod actum est, corroboravimus et impressione sigilli ecclesiae nostrae signa-  
vimus. Anno incarnationis dominicae MCXCIII<sup>o</sup> inductione XII, II Nonas  
Maii, Coelestino summo pontifice universalem ecclesiam gubernante, venerabili  
domino Cunrado archiepiscopo Mog. sedi praesidente, Henrico Romanorum  
imperatore regni sceptrum obtinente. Actum publice astantibus testibus Hein-  
rico de Hevelede, Gerlaco advocate, Henrico scolteto.

VII, 48<sup>v</sup>. Collatum cum suo originali a. 1663 Jan. 15; sigillum in-  
tegrum.

) Schwerzfurt, wüst zw. Adelshausen u. Maßfeld b. Melungen. Landau,  
Wüstungen 85. L. Armburst, Geich. d. Stadt Melungen (BHG., N. F. Suppl. 14)  
Kassel 1905, S. 128 ff. — <sup>4)</sup> Holzhausen, Kr. Fritzlar.